Quelle: https://manuscripta.at/?ID=928
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



In diebus illis Respondens iacobus dicens
fratres: audite me Symon narrauit
quemadmodum primum deus visitauit sumere
ex gentibus populum nomini suo: et huic concordant
uerba prophetarum sicut scriptum est Post hec
reuertar et reedificabo tabernaculum dauid
quod cecidit et diruta eius reedificabo et
erigam illud ut requirant ceteri hominum
dominum: et omnes gentes super quas inuocatum
est nomen meum: dicit dominus faciens
hec Notum a seculo est domino opus
suum: propter quod ego iudico non inquietare
eos qui ex gentibus conuertuntur ad deum
sed scribere ad eos: ut abstineant se a contam
inatione simulacrorum et fornicatione et
suffocatis et sanguine Moyses enim ate tempo
ribus antiquis habet in singulis ciuitatibus
qui eum predicent in synagogis ubi per omne
sabbatum legitur Tunc placuit apostolis et
senioribus cum omni ecclesia eligere uiros ex eis
et mittere antiochiam cum paulo et bar
naba: iudam qui cognominabatur barsabas
et silam uiros primos in fratribus scribentes
per manus eorum Gr. Constitues illos super omnem
Celi enarrant gloriam dei filii uerbi sequentia
incarnati facti de terra celi Et ecce gloria soli
duo est egrua Nomen est eius magni consilii angelus
Istud consilium lapso hominum auxilium est antiquum
et profundum et uerum factum solis tantum sanctis cognitum
Cum angelus iste homo natus ex muliere
immortalem ex mortali de terra celum fecit ex homine